www.e-rara.ch

Demosthenis et Aeschinis principum Graeciae oratorum opera

Demosthenes

Basileae, [1571-]1572

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-98668

Vita Demosthenis Ex Svida, Hieronymo Wolfio interprete

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A ἢ ξύλινόν ποτε τεῖχος ἡμῖν, ὃ θεὸς ἀνεῖλεν ἀπόρθητον ἔσεσθαι. μεθ' ἧς * οὖν τῆς προνοίας ἀδεῶς μὲν ἐπολιτευσάμην, ἀδεὲς δέ μοι τὸ πρὸς μακεδόνων θάρσος. ἐμέλησε δ' οὐδὲν οὐκ εὐκτήμονος, οὐκ ἀριστογείτονος, οὐ πυθέου καὶ καλλιμέδοντος, οὐ φιλίππου τότε, οὐ τὰ νῦν ἀρχίου. ταῦτ' εἰπὼν, μὴ προσάγαγέ μοι τὴν χεῖρα, ἔφη. τὸ κατ' ἐμὲ γὰρ οὐδὲν παράνομον ὁ νεὼς πείσεται. τὸν δὲ θεὸν προσειπὼν, ἑκὼν ἕψομαι. κἀγὼ μὲν ἦν ἐπὶ τῆς ἐλπίδος ταύτης, καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος, οὐδὲν ἄλλ', ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. τὸ δὲ, τί δή ποτε ἦν; ὕστερον βασάνοις θεραπαίνης ἐφωράσαμεν, πάλαι φάρμακον αὐτῷ τεταμιεῦσθαι, λύσει ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἐλευθερίαν ἑτοίμην. οὐ γὰρ οὖν ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸν οὐδὸν τοῦ νεὼ, καὶ πρὸς ἐμὲ βλέψας, ἄγε δὴ σὺ μὲν, ἔφη, πρὸς ἀντίπατρον, δημοσθένην δὲ οὐκ ἄξεις, οὐ μὰ τούς. κἀμοὶ μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν, τοὺς ἐν μαραθῶνι πεπτωκότας. ὁ δὲ χαίρειν εἰπὼν ἀπέπτη. τοῦτό σοι τὸ τέλος, ὦ βασιλεῦ, τῆς δημοσθένους πολιορκίας κομίζειν ἔχω. δημοσθένους γε καὶ ταῦτα, ὦ ἀρχία. βαβαὶ τῆς ἀηττήτου ψυχῆς, καὶ μακαρίας. ὡς ἀνδρεῖον μὲν αὐτοῦ τὸ λῆμα: πολιτικὴ δὲ ἡ πρόνοια, μετὰ χεῖρα τὸ πιστὸν τῆς ἐλευθερίας ἔχειν. ἀλλ' ὁ μὲν οἴχεται, βίον ἕξων τὸν ἐν μακάρων νήσοις, ἡρώων λεγομένων, ἢ τὰς εἰς οὐρανὸν ψυχῶν νομιζομένας ὁδοὺς, ὀπαδός τις δαίμων ἐσόμενος ἐλευθερίου διός. B τὸ σῶμα δ' ἡμεῖς εἰς ἀθήνας ἀποπέμψομεν, κάλλιον ἀνάθημα τῇ γῇ, τῶν ἐν μαραθῶνι πεπτωκότων.

cum ſit firmior ligneo illo muro, quo nos olim Apollo fore dixit inexpugnabiles. Hac ego prouidentia ſecurè geſsi Rempublicam, & ſecurè Macedonibus ſum aduerſatus: neq; mihi curæ fuit Euctemon, nec Ariſtogiton, nec Pytheas, nec Callimedon, neq; tum Philippus, neque nunc Archias. His dictis: Ne, inquit, inijce mihi manum. Nam quantum in me quidem erit, fanum non uiolabitur: ſalutato Deo, ultrò ſequar. Ac ego in hac ſpe eram. & cum ori manum admouiſſet, non aliud quàm adorare putabam. A N. *Id uerò quid erat?* A R. *Pòſt per quæſtiones ex ancilla comperimus: olim eum ſibi uenenum comparaſſe, quò animum, ad retinendam libertatem, corporis uinculis ſolueret. Quum primùm uerò limen trãſijt, me intuitus: Duc ſanè hunc ad Antipatrum, inquit, Demoſthenem autem non duces. Non ita me. ac adiecturus mihi uidebatur, eos qui in Marathone occubuerunt. Is uerò nobis ualere iuſsis, auolauit. Hunc tibi finem, ô rex, Demoſthenicæ obſidionis referre poſſum.* A N. *Demoſthenis ô Archia, & hæc ſunt, Papæ: ô inuictum animum & beatũ: quàm forte fuit eius ingenium? quanta in Republica prouidentia? quanta uigilantia in tuenda fide libertatis? Sed is quidem abit, uicturus in beatorum inſulis, heroum ſede: aut eas uias* B *ambulaturus, quæ in cœlum ducere putantur, genius quiſpiã futurus in comitatu Liberalis Iouis. Nos uerò corpus Athenas remittamus, pulchrius ei terræ donarium futurum, quàm ij qui in Marathone occubuerunt.*

ἐπιφώνημα ἐπιλογικόν.

ἀποθέωσις.

Sepultura.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΒΙΟΣ, ΚΑΤΑ ΣΟΥΙΔΑΝ.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ἀθηναῖος, υἱὸς δημοσθένους καὶ κλεοβούλης, ῥήτωρ, τῶν δήμου παιανιεύς: ἐπιμελὴς μᾶλλον ἢ εὐφυής, ὡς ἕρμιππος ἱστορεῖ, καὶ τὰς ἡδονὰς ἀκόλαστος ὡς ὁ αὐτός φησιν. ὅθεν καὶ νέος μὲν ὢν βάταλος ἐκλήθη, ὡς γυναικείᾳ ἐσθῆτι πολλάκις χρησάμενος: ἄργας δὲ μετὰ τὸ εἰς ἄνδρας τελέσαι, ὅπερ ἐστὶν ὄνομα ὄφεως. ἐπεθύμησε δὲ ῥητορικῆς, καλλίστρατον θεασάμενος τὸν ῥήτορα ὑπὲρ ὠρωπίων λέγοντα. διήκουσε δὲ τοῦ ἰσαίου τοῦ ἰσοκράτους μαθητοῦ: καὶ τοῖς λόγοις ἐχρῆτο ζωΐλου τοῦ ἀμφιπολίτου, σοφιστεύοντος ἐν ἀθήναις: καὶ πολυκράτους, καὶ ἀλκιδάμαντος, τοῦ γοργίου μαθητοῦ, καὶ αὐτοῦ μὴν τοῦ ἰσοκράτους. συνεφιλολόγησε δὲ αἰσίωνι τῷ ἀθηναίῳ, καὶ θεοπόμπῳ τῷ χίῳ φιλοσόφῳ. διηκροάσατο δὲ καὶ εὐβουλίδου τοῦ διαλεκτικοῦ, καὶ πλάτωνος. ἐτελεύτησε φυγὼν εἰς καλαυρείαν ἐν τῷ τοῦ ποσειδῶνος ἱερῷ C διὰ τὸν μακεδόνα ἀντίπατρον, προσενεγκάμενος φάρμακον, τὸ ἐν τῷ δακτυλίῳ, ἔτη βιώσας δύο καὶ ἑξήκοντα.

ΑΛΛΩΣ.

Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, ἀνὴρ ἦν γνῶναί τε καὶ εἰπεῖν ὅσα ἐνθυμηθείη, δυνατώτατος γενόμενος. ὅθεν καὶ δεινότατος ἔδοξε τῶν καθ' αὐτόν: οἷα δὴ ἱκανώτατος τὸ ἀφανὲς εἰκάσαι, καὶ τὸ γνωσθὲν ἐξηγήσασθαι, καὶ ἐν οἷς ὑπὲρ τῶν κοινῶν λέγειν τι ἢ πράττειν ἐπεχείρησε: καιροῦ μὲν ἐπιτηδείου οὐ μάλα ἐχρήσατο ἐς δόξαν τῶν δημαγωγούντων. πλεῖστα δὲ εἷς ἀνὴρ οὗτος τῶν καθ' αὐτὸν ἀθηναίων, καὶ τοῖς μακεδόνων τυράννοις σὺν παρρησίᾳ ἀντειπὼν, πρὸς τοῖς δὲ ἀδωρότατος ἔδοξεν εἶναι. ὅτε δὴ συνέβαινε τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, οἷα δὴ τῶν κερδῶν ἐφιεμένους μᾶλλον τοῦ ἐς τὸ κοινὸν λυσιτελοῦντος, ἐξωνηθέντας χρημάτων δόσεις, τὸ κατὰ σφᾶς, ὡς ἐδόκουν ἐν τῷ παραυτίκα, κέρδους τοῦ σφετέρου εἵνεκα, πρὸ τοῦ ἐς τὰ κοινὰ συμφέροντος τίθεσθαι. ὅθεν αὐτῷ καὶ ἐφ' οἷς ὕστερον ἐπιάσθη συγγνόντες οἱ ἀθηναῖοι, κατεδέξαντό τε αὖθις, καὶ ἐς πάντα συμβούλῳ ἐχρήσαντο.

VITA DEMOSTHENIS E' SVIDA, HIERONYMO Vvolſio interprete.

*DEmoſthenes Athenienſis, filius Demoſthenis & Cleobulæ, orator è Pæanienſi municipio: fuit, Hermippo autore, diligentior, quàm ingenioſior: &, ut idem ait, ad uoluptatem propenſior. Vnde factum eſt, ut adoleſcens Battalus uocaretur, ut qui ueſte muliebri ſæpe eſſet uſus: uirili autem toga ſumpta, Argas, quod eſt ſerpentis genus. Animum ad eloquentiam appulit, cum Calliſtratum cauſam Oropiorum agentem ſpectaſſet. Fuit & Iſæi, diſcipuli Iſocratis, aſsiduus auditor. Vſus etiam eſt orationibus Zoili Amphipolitæ, qui Athenis docebat: & Polycratis, & Alcidamantis, Gorgiæ diſcipuli: atq; ipſius etiam Iſocratis. In eloquẽtiæ ſtudio ſodalem habuit Aeſionem Athenienſem, & Theopompum Chium * philoſophum. Sedulò etiam Eubulidem dialecticum & Platonem audiuit. Obijt, cum Macedonis Antipatri metu in Calauriam profugiſſet, in æde Neptuni, hauſto ueneno, quod in annulo geſtabat: anno ætatis ſecundo & ſexageſimo.*

ALITER EX EODEM.

DEmoſthenes orator, uir fuit & prudentia in excogitando, & in ijs quæ excogitaſſet, eloquentia mirabili. Vnde ſua ætate ſummus orator eſt habitus, cum & obſcura coniecturis indagandi, & res cognitas explicandi maxima ſolertia eſſet præditus. Ac ijs quidem temporibus, quibus habere conciones, & Rempublicam adminiſtrare cœpit, magiſtratus non optimè audiebant. Sed unus hic uir inter ſui temporis Athenienſes, Macedonum tyrannis magna libertate plurimum aduerſatus, abſtinentiæ & integritatis laudem conſecutus, neque ab eis accepiſſe ulla munera uiſus eſt. Nam aliarum ciuitatum principes ea tempeſtate, priuati emolumenti quàm boni publici cupidiores, redempti pecuniæ largitionibus, quò rem ſuam, ut putabant, in præſentia ſtabilirent: priuati lucri cauſa publicam utilitatem negligere ſolebant. Quamobrem Athenienſes illis etiam criminibus, quorum pòſt accuſatus eſt, ignouerunt: eiuſq; ab exilio reuocati conſilijs, omnibus in rebus uſi ſunt.

καὶ αὐτοῦ ἡ τελευτὴ γενναία ἐγεγόνει, μάλιστα ἐς A μεταμέλειαν ἤγαγεν αὐτοὺς οὐκ ἀφανῆ τῶν γνωσθέντων. οὐ πολλῷ γοῦν ὕστερον ἢ ἐξαγγελθῆναι τεθνηκότα Δημοσθένην, μετεγίνωσκον ἐφ᾽ οἷς δέει τῶν Μακεδόνων μᾶλλον, ἢ γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ ἔκριναν. καὶ ἀτέλειάν τε τῷ πρεσβυτάτῳ * γένει τοῦ Δημοσθένους ψηφίζονται, καὶ χαλκοῦν στῆσαι αὐτὸν ἐν ἀγορᾷ. καὶ ἐλεγεῖα τῇ βάσει τοῦ ἀνδριάντος ἐπέγραψαν·

εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ Δημόσθενες εἶχες,
οὔποτ᾽ ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

ΑΛΛΩΣ.

Δημοσθένης μαχαιροποιός, Παιανιεύς, οὗ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, ὀρφανὸς καταλειφθείς, ἐπιτρόπους ἔσχε τρεῖς, Ἄφοβον, Δημοφῶντα, Θηρίππίδην. ὧν ἀμελούντων αὐτοῦ καὶ τῆς οὐσίας, αὐτὸς αὐτὸν ἐνεχείρισε διδασκάλῳ Ἰσαίῳ. φιλόπονος δὲ οὕτως ἦν, ὥς τε φασὶν ἑαυτὸν οἴκοι καθείρξαντα, ἑαυτοῦ ξυρῆσαι τῆς κεφαλῆς μέρος, ἵνα μήτε προΐοι, μήτε δέχοιτό τινα. παιδευθεὶς δὲ εἷλε τοὺς ἐπιτρόπους τῆς ἐπιτροπῆς. σοφιστεύειν βουληθεὶς ἀπέστη διαβληθεὶς * ἐπὶ Μόσχῳ μειρακίῳ τῶν εὐγενῶν. λογογραφεῖν δὲ ἀρξάμενος, διεβλήθη πάλιν ὡς ἐναντίους λόγους ἐκδοὺς Ἀπολλοδώρῳ καὶ Φορμίωνι. B καὶ τούτου οὖν ἀποστὰς ἤρξατο πολιτεύεσθαι. τραυλὸς δὲ ὢν καὶ τὸν ὦμον ἀπρεπῶς ἐκίνει, καὶ τὴν * ἀκοὴν ἀσθενής, καὶ τὸ πνεῦμα οὐ διαρκής· ἀπὸ ἀσκήσεως διωρθώσατο· τήν τε ὑπόκρισιν οὐκ ὢν ἄκρος ὑπ᾽ Ἀνδρονίκῳ καὶ ταύτην ἐξήσκησεν. ἐχορήγησε δὲ καὶ ἐτριηράρχησε, καὶ αἰχμαλώτους ἐλύσατο, καὶ θυγατέρας συνεξέδωκεν. ὅτε δὲ ἐχορήγει τυπτηθεὶς ὑπὸ Μειδίου τρισχιλίαις ὥς φασιν, ἐπείσθη. καὶ Δημαίνετον ἀνεψιὸν γραψάμενος τραύματος, ὥς φασι, διελύσατο. αἰτησάμενος δὲ Χαβρίου τοῦ στρατηγοῦ γυναῖκα, Χαβρίου τελευτήσαντος, Κτησίππου θυγατέρα, ἔγημεν. ἐπολιτεύσατο δὲ κατὰ Φιλίππου· οὗ Θηβαίοις ἐπιόντος, πείθει συμμαχῆσαι. καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἡττῶνται, χιλίων ἀποθανόντων καὶ μ΄ καὶ δισχιλίων αἰχμαλώτων. ἀγαπητὴν δὲ ἔχων θυγατέρα, τελευτήσασαν ἐπένθησε, καὶ ἑβδομαίου τοῦ πάθους ὄντος, ἀγγελθέντος ἀνῃρῆσθαι Φίλιππον ὑπὸ Παυσανίου, μετημφιάσατο, καὶ τοῖς θεοῖς ἔθυσεν. ἐπολιτεύσατο δὲ καὶ κατὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου. οὗ Ἅρπαλος πολλὰ νοσφισάμενος χρήματα, ὡς Ἀθηναίους κατέφυγεν. ὧν καὶ Δημοσθένης εἰληφέναι μέρος ἔδοξε, καὶ ἔφυγεν εἰς Τροιζῆνα. Ἀλεξάνδρου δὲ ἐν Βαβυλῶνι τελευτήσαντος, ὁ Δημοσθένης κατῆλθε κληθείς. Ἀντίπατρος δὲ ἄρξας τῶν Ἑλλήνων, πέμψας ἐξῃτεῖτο τοὺς δέκα ῥήτορας. ἐκδόντων δ᾽ C Ἀθηναίων, ὁ Δημοσθένης εἰς Καλαυρίαν ἔφυγεν. Ἀρχίας δὲ ὁ ὑποκριτὴς ἀποσταλεὶς ἐπ᾽ αὐτὸν ὑπ᾽ Ἀντιπάτρου, βίᾳ ἀπέσπα ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ Ποσειδῶνος, ὃ ἦν ἄσυλον. ὁ δὲ ὑπὸ τῆς σφραγῖδος φάρμακον ἔχων μυζήσας ἀπέθανε. Δημοσθένης, Θρᾷξ ὤν, ἔγραψε μετάφρασιν Ἰλιάδος πεζῷ λόγῳ, ἐπιτομὴν τοῦ Δαμαγήτου τοῦ Ἡρακλεώτου, περὶ διθυραμβοποιῶν, μετάφρασιν εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν.

ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ ΒΙΟΣ, ΚΑΤΑ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΝ.

Αἰσχίνης Ἀτρομήτου, φυγόντος μὲν ἐπὶ τῶν τριάκοντα, συγκαταγαγόντος δὲ τὸν δῆμον, καὶ Γλαυκοθέας, τῶν δὲ δήμων Κοθωκίδης, οὔτε περὶ γένος τῶν ἐπιφανῶν, οὔτε περὶ περιουσίαν χρημάτων. νέος δὲ ὢν καὶ ἐρρωμένος τῷ σώματι, περὶ τὰ γυμνάσια ἐπόνει. λαμπρόφωνος δὲ ὤν, μετὰ ταῦτα τραγῳδίαν ἤσκησεν. ὡς δὲ Δημοσθένης φησὶν ὑπογραμματεύων καὶ τριταγωνιστῶν Ἀριστοδήμῳ ἐν τοῖς Διονυσίοις διετέλει, ἀναλαμβάνων ἐπὶ σχολῆς τὰς παλαιὰς τραγῳδίας,

καὶ

A *Pòſt, conſecutus eius præclarus obitus, effecit, ut eos decretorum ſuorum non obſcurè pœniteret. Certè nō multo pòſt, nunciato Demoſthenis interitu, reſciderunt ea quæ metu Macedonum magis, quàm ex æquo & bono, ſtatuerant: nec immunitatem tantum natu maximo è familia Demoſthenica, ſed & ipſi æream in foro ſtatuam decreuerunt, his elegiacis uerſibus baſi eius ſubſcriptis:*

Si magni uires animos Demoſthenis æquent,
Gręcia non Macedûm Marte ſubacta foret.

ALITER EX EODEM.

Demoſthenes gladiorum faber, Pæanienſis, Demoſthenem oratorem filium habuit: cui pupillo tutores dati ſunt tres, Aphobus, Demophon, Therippides. Qui cum & ipſum & patrimonium eius negligerent, ipſe Iſæo ſe erudiendum tradidit. Fuit autem adeò induſtrius, ut domi ſe includeret, raſa parte capitis, ut neq; prodiret in publicum, neq; ad ſe quenquam accedere pateretur. Eruditus, curatores reos tutelæ peregit. Rhetoricam docere cum uellet, ab eo inſtituto receßit, propter calumniam de Moſchi filio, nobili adoleſcente, ſubortam. Pòſt, orationes ſcribere aggreſſus, cum ibi quoq; crimini daretur, contrarias eum edere B *orationes Phormioni & Apollodoro: eo etiam ſtudio relicto, Rempublicam capeßit. Quanquam autem balbus erat, & humerum indecorè mouebat, & imbecilli * uoce, & ſpiritu infirmo: hæc tamen incommoda correxit omnia exercitatione. Actionem item & pronunciationem eius, quæ præclara non erat, Andronicus excoluit. Functus eſt ædilitate, triremes inſtruxit, captiuos redemit, puellis elocandis adiumento fuit. In ædilitate autem à Midia uerberatus, ter mille drachmis, ut aiunt, placatus eſt. Cum Demæneto item conſobrino, quem uulneris inflicti accuſarat, in gratiā rediјt. Poſt Chabriæ ducis obitum, uxoris eius, * Cteſippi filiæ nuptias ambiјt, & adeptus eſt. In gerenda Republica Philippo eſt aduerſatus: qui cum Thebanos inuaderet, autor fuit, ſocietatis cum eis ineundæ. quibus ad Chæroneam uictis, mille & quadraginta interfecti, bis mille capti ſunt. Habuit chariſsimam filiam: eam elatam luxit, ſeptimoq; poſt eam calamitatem die, accepto nuncio de Philippo à Pauſania interfecto, mutata ueſte rem diuinam fecit. Aduerſatus eſt etiam Philippi F. Alexandro. Cui quum Harpalus magna pecunia ſurrepta, ad Athenienſes confugiſſet: Demoſthenes, qui & ipſe partem accepiſſe putabatur, Trœzenem in exilium profugit. Alexandro Babylone mortuo, in patriam reuocatus eſt:* C *ſed Antipater, ſuſcepto Græciæ principatu, decem oratores ſibi dedi, per legatos poſtulauit. Quos cum dediđiſſent Athenienſes, Demoſthenes in Calauriam fugit. Archias autem ab Antipatro cōtra eum miſſus, ui eum auellit à Neptuni æde, quæ aſylum erat. At hic ueneno, quod ſub annuli pala habebat, exucto, mortuus eſt. Fuit alius Demoſthenes Thrax, qui ſoluta oratione tum Homericam Iliadem, tum Heſiodi Theogoniam expoſuit, & compēdium Demageti Heracleotæ, & opus de Dithyrambopœis conſcripſit.*

AESCHINIS VITA, EX PLVTARCHO, HIERONYMO Vvolfio interprete.

Aeſchines Atrometi, qui ſub triginta tyrannis exulauit, populiq; reſtituendi adiutor fuit, et Glaucotheæ filius, Cothocides municeps, neq; genere neq; opibus clarus: adoleſcens, quia robuſto erat corpore, in gymnaſiis ſe exercuit, poſteaq; cum claram uocē haberet, tragœdias actitauit. Vt autē Demoſthenes ait, ſcriba fuit, & tertias partes Bacchanalibus apud Ariſtodemū actitauit, ueteres tragœdias per ocium repetens.

Puer

καὶ ἔτι παῖς ὢν ἐδίδασκε γράμματα σὺν τῷ πατρί, καὶ μειράκιον ὢν ἐστρατεύετο * ἐν τοῖς πολλοῖς. ἀκροατὴς δὲ γενόμενος, ὡς μέν τινες λέγουσιν ἰσοκράτους καὶ πλάτωνος, ὡς δὲ καικίλιος λεωδάμαντος, καὶ πολιτευόμενος οὐκ ἀφανῶς ἐκ τῆς ἐναντίας μερίδος τοῖς περὶ δημοσθένην, ἐπρέσβευσεν ἄλλας τε πρεσβείας πολλάς, καὶ πρὸς φίλιππον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. ἐφ᾽ ἧς κατηγορηθεὶς ὑπὸ δημοσθένους, ὡς ἀνῃρημένου τοῦ φωκέων ἔθνους, ἔτι δὲ ὡς πόλεμον ἐξάψας, ἡνίκα πυλαγόρας ᾑρέθη ἀμφικτύοσι πρὸς ἀμφισσεῖς, τοὺς τὸν λιμένα ἐργαζομένους, ἐξ οὗ συνέβη τοὺς ἀμφικτύονας φιλίππῳ προσφυγεῖν, τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ αἰσχίνου συνεργούμενον ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι, καὶ τὴν φωκίδα λαβεῖν, ἀλλὰ συνειπόντος αὐτῷ εὐβούλου τοῦ σπινθάρου προβαλυσίου, δημαγωγοῦντος, τριάκοντα ψήφοις ἀπέφυγεν. εἰσὶ δ᾽ οἵ φασι συγγράψαι μὲν τοὺς ῥήτορας τοὺς λόγους: ἐμποδὼν δὲ γενομένων τῶν περὶ χαιρώνειαν, μηκέτι τὴν δίκην εἰσελθεῖν. χρόνῳ δ᾽ ὕστερον, φιλίππου μὲν τετελευτηκότος, ἀλεξάνδρου δὲ διαβαίνοντος εἰς τὴν ἀσίαν, ἐγράψατο κτησιφῶντα παρανόμων, ἐπὶ ταῖς δημοσθένους τιμαῖς. οὐ μεταλαβὼν δὲ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἔφυγεν εἰς τὴν ῥόδον, χιλίας δραχμὰς ὑπὲρ τῆς ἥττης οὐ βουληθεὶς καταθέσθαι. οἱ δὲ ἀτιμίας αὐτῷ προστιμηθῆναι λέγουσιν, οὐ θέλοντι ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, καὶ ἐλθεῖν εἰς ἔφεσον ὡς ἀλέξανδρον. τοῦ δὲ τελευτήσαντος, ταραχῆς οὔσης, ἀπάρας εἰς τὴν ῥόδον, ἐνταῦθα σχολὴν καταστησάμενος, ἐδίδασκε, ἀνέγνω τε τοῖς ῥοδίοις τὸν κατὰ κτησιφῶντος λόγον ἐπιδεικνύμενος. θαυμαζόντων δὲ πάντων, εἰ ταῦτα εἰπὼν ἡττήθη: οὐκ ἂν (ἔφη) ἐθαυμάζετε ῥόδιοι, εἰ πρὸς ταῦτα δημοσθένους λέγοντος ἠκούσατε. σχολήν τε ἐκεῖ προσκατέλιπε, τὸ ῥοδιακὸν διδασκαλεῖον κληθέν. ἔπειτα πλεύσας εἰς σάμον καὶ διατρίβων ἐπὶ τῆς νήσου, ὀλίγον ὕστερον ἐτελεύτησεν. ἐγένετο δὲ εὔφωνος, ὡς δῆλον ἔκ τε ὧν φησι δημοσθένης καὶ ἐκ τοῦ δημοχάρους λόγου. φέρονται δ᾽ αὐτοῦ λόγοι τέσσαρες, ὅ, τε κατὰ τιμάρχου, καὶ ὁ τῆς παραπρεσβείας, καὶ ὁ κατὰ κτησιφῶντος, οἳ καὶ μόνοι εἰσὶ γνήσιοι. ὁ γὰρ ἐπιγραφόμενος δηλιακός, οὐκ ἔστιν αἰσχίνου. ἀπεδείχθη μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν κρίσιν τοῦ περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν δήλῳ συσαβεις συνήγορος· οὐ μὴν εἶπε τὸν λόγον. ἐχειροτονήθη γὰρ ὑπερίδης ἀντ᾽ αὐτοῦ, ὥς φησι δημοσθένης. ἔσχε δὲ καὶ ἀδελφούς, ὥς φησιν αὐτός, ἄφοβον, καὶ * δημοχάρη. ἀπήγγειλε δὲ καὶ τὴν ἐν ταμύναις νίκην πρῶτος ἀθηναίοις, * ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἐστεφανώθη. οἱ δὲ εἶπον μηδὲ μαθητεῦσαι τισὶ τὸν αἰσχίνην, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ὑπογραμματείας ἀρθῆναι, ἐν τοῖς δικαστηρίοις τότε διάγοντα. πρῶτον δὲ εἰπεῖν ἐν τῷ δήμῳ κατὰ φιλίππου, εὐδοκιμήσαντά τε, πρεσβευτὴν χειροτονηθῆναι πρὸς ἀρκάδας, πρὸς οὓς ἀφικόμενον, συστῆσαι τοὺς μυρίους ἐπὶ φίλιππον. ἐγράψατο δὲ καὶ τίμαρχον ἑταιρήσεως. ὁ δέ, ἐκλιπὼν τὸν ἀγῶνα, αὑτὸν * ἀνήρτησεν, ὥς που φησὶ δημοσθένης. ἐχειροτονήθη πρεσβευτής, ὡς φίλιππον μετὰ κτησιφῶντος καὶ δημοσθένους περὶ τῆς εἰρήνης: ἐν ᾗ ἄμεινον τοῦ δημοσθένους ἠνέχθη, τὸ δεύτερον: δέκατος ὤν, κυρώσας ὅρκοις τὴν εἰρήνην, κριθεὶς δ᾽, ἀπέφυγεν, ὡς προείρηται.

ΑΛΛΩΣ.

ΟΤΙ ἐδυνήθη νικῆσαι τὴν κατηγορίαν εὐβούλου συναγωνισαμένου κατὰ τοῦ δημοσθένους ἐν τῷ ποιῆσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι, ἔτι τοῦ δημοσθένους λέγοντος, ὡς ἔγνωμεν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς δημοσθενικοῖς. συνέβη δὲ αὐτῷ ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος ὕστερον, διὰ τὸ κατηγορῆσαι τοῦ ψηφίσματος, τοῦ ὑπὲρ τοῦ δημοσθένους, ὡς παρανόμου, καὶ ὁρίσαντος τὸ πρόστιμον, ἐὰν μὴ δείξῃ αὐτὸ παράνομον, καὶ ἡττηθέντος, καὶ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι καταβαλεῖν τὴν δίκην, ἣν αὐτὸς ὥρισε, φυγῇ ζημιούμενος, ὡς καὶ τοῦτο ἔγνωμεν ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου. φυγὼν δὲ τὴν πατρίδα, καὶ θελήσας ἀνελθεῖν πρὸς ἀλέξανδρον, μαθὼν περὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, καὶ τῆς ταραχῆς τῶν τότε διαδόχων: εἰς ῥόδον ἔπλευσε, καὶ ῥοδιακὸν διδασκαλεῖον συνέστησε.

A Puer adhuc, literas cum patre docuit: adultus * inter uulgus militauit. Fuit auditor, ut quidam aiunt, Iſocratis & Platonis: ut Cæcilius, Leodamantis: cumq́; non obſcurè Demoſthenicæ factioni aduerſaretur, cùm alias multas legationes obijt, tum illam de pace apud Philippum, ob quam à Demoſthene accuſatus eſt, deleta gẽte Phocẽſi: atq; etiam propterea, quòd Pylagoras creatus, Amphictyonibus aduerſus Amphiſſenſes, qui portum excolebant, bellum concitaſſet. Vnde factum eſſe dicebat, ut Amphictyones ad Philippum confugerent, qui Aeſchine ei ſubſeruiente, rem gerendam ſuſceperit, & Phocidem cæperit. Sed cum Eubulus Spinthari filius, Probaleſius, uir magnæ apud populum autoritatis, ei patrocinaretur: triginta calculis eſt abſolutus. Sunt etiam qui dicant, oratores conſcripſiſſe quidem orationes eas: ſed Chæronenſi clade impeditos, in foro nõ habuiſſe. Multo autem pòſt, Philippo defuncto, & Alexandro in Aſiam profecto, Cteſiphontem falſæ rogationis reum fecit, ob decretos Demoſtheni honores: & cum quintam ſuffragiorum partem non accepiſſet, Rhodum abijt exulatum potius, quàm mille drachmas ſolueret. Alij eũ ignominia etiam notatum eſſe ferunt, cum nollet urbe excedere: atq; ad Alexandrum Epheſum profectum, poſt eius obitum rebus turbatis,
B Rhodũ ſe contuliſſe, ibiq́; ludo literario aperto docuiſſe, & legiſſe Rhodijs orationem in Cteſiphontem ſuam, oſtentationis ergò. Qui cum omnes mirarentur, eũ tali habita oratione uictũ eſſe: Non, inquit, miraremini Rhodij, ſi Demoſthenem reſpondentem audiſſetis. ſcholamq́; ibi reliquiſſe, quæ Rhodiaca nominatur. Deinde Samum profectus, atq; in inſula degens, non multo pòſt obijt. Fuit magna uoce præditus, ut ex Demoſthenis & Democharis orationibus apparet. Circumferuntur eius quatuor orationes, contra Timarchum, Falſæ legationis, & contra Cteſiphontem, quæ ſolæ germanæ ſunt. nam quæ Deliaca inſcribitur, nõ eſt Aeſchinis. Etſi enim deſignatus fuerat patronus ad agẽdam Deliaci templi cauſam: tamen orationem non habuit. Nam Hyperides pro eo creatus eſt, ut ait Demoſthenes. Fratres habuit, ut ipſe teſtatur, Aphobetum & * Philocharem. Etiam uictoriam in Tamynis partam primus nunciauit Athenienſibus, * unde corona eſt donatus. Alij dicunt, Aeſchinem nullum habuiſſe magiſtrum: ſed dum ſcribam ageret in iudicijs, euectum eſſe: ac primùm conciones contra Philippum habuiſſe, & autoritatem conſecutum, legatum ad Arcades eſſe miſſum. ad quos cum perueniſſet, X. illa millia uirorum contra Philippum concitaſſe. Timarchum impudicitiæ reum fecit: qui deſerto iudicio * ſe ſuſpendit, ut quodam loco Demo-
C ſthenes ait. Bis legatus ad Philippum pacis faciendæ cauſa creatus eſt, unà cum Demoſthene & Cteſiphonte, & alijs ſeptem collegis: in qua legatione rebus uſus eſt ſecundioribus quàm Demoſthenes: & pace iureiurando firmata, accuſatus, atq;, ut ſuprà diximus, abſolutus.

ALITER, INCERTO autore.

FAlſæ legationis crimen ſuperauit Aeſchines, uſus contra Demoſthenem Eubuli patrocinio: qui effecit, ut iudices ſurgerent, antequã ille peroraſſet: id quod in Demoſthenicis orationibus cognouimus. Pòſt accidit, ut patria excideret, atq; in exiliũ iret, ob accuſationẽ decreti in honorem Demoſthenis facti: quaſi id eſſet legibus contrarium, & ipſe mulctam eam ſibi indixiſſet, niſi ita eſſe oſtenderet, uictusq́; mulctam ſoluere non poſſet, quam ipſe contra ſeſe decreuerat: quod & ipſum in oratione pro Corona cognouimus. Relicta igitur patria, ad Alexandrum aſcendere uoluit: ſed cognito eius obitu, ſucceſſorumq́; tumultibus, Rhodum nauigauit, ibiq́; Rhodiacam ſcholam inſtituit: